

*[Faint, mostly illegible text in Gothic script, possibly representing a list or index of items.]*

*[Circular stamp or seal with illegible text, likely a library or ownership mark.]*

*[Faint, mostly illegible text in Gothic script, continuing the list or index of items.]*



TOMUS XXXIV.  
MISCELLANEOUM.

~~G. V. f.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-45.

SIGNAT. MDCCCXIII.

6 bände:

44

I

*THESES*  
 DE GRATVITA  
 HOMINIS CORAM DEO  
 PER FIDEM IVSTIFICATIO-  
 NE, IN CELEBERRIMA ACADEMIA  
 VVitebergensi ad disputandum propositæ: de qui-  
 bus XXIV. Septembris

*Præsides*  
 VRBANO PIERIO D.

*Respondet*  
 ENOCH HIMMELIVS PO-  
 meranus, Illustrissimi Electoris Pala-  
 tini alumnus.



VVITEBERGÆ,  
 Typis Zachariæ Lehmanni.  
 M. D. XCI.



THESES  
DE GRATIA  
HOMINIS CORAM DEO  
PER FIDEM IUSTIFICATIONE  
AUGUSTINUS ACADEMIA  
V. Reipublica Lipsiensi  
die XXI. Septembris

URBANUS PIERIO D.  
Rector  
ENOC H. HIMMELIUS P.O.  
maius, Minister Electoris Palat.  
Lipsiensi.



VITTEBERGA  
Typis Zachariae Lehmanni  
M. D. XCI.



# THESES.

I.



*I*ustificari in hac disputatione non significat iustum effici, seu infusa iusticia alterari, et ex iniusto iustum fieri, aut essentiali Dei iusticia indui: arg. v. 5. Rom. 4.

II.

*S*ed absolui et iustum pronuciari, Luc. 18. 14. dum videlicet peccata nobis non imputata 2. cor. 5. 19. gratis remittuntur Luc. 1. 77. Act. 13. 38. 39. Et iusticia ac sanctitas Christi per fidem imputatur Phil. 3. 9. vocabulo nimirum ex Hebraeorum idiotismo è foro translato. Exo. 23. 7. Deut. 25. 1. Psal. 82. 3 Prouerb. 17. 15.

III.

*E*st enim iustificatio acceptatio hominis peccatoris gratuita Ephes. 1. 6. Rom. 3. 24. qua is à reatu et pœna per et propter Christum mediatorem absoluitur Rom. 8. 33. et 5. 11. Col. 1. 22. eiusdemq; iusticia et sanctitas per fidem illi imputatur Rom. 4. 5. facta à Deo ad iusticia et misericordie sue illustrationem Ephes. 1. 6. 14. et ad salutem omni credenti. Tit. 3. 7.

IV.

*E*ius partes duæ sunt: culpa et pœna remissio Psal. 32, 1. 2. Rom. 4. 7. 2. Cor. 5. 19. Rom. 8. 1. 2. 1. Ioh. 1. 9.

A 2

ac im.

ac imputatio iusticiæ Rom. 4.6.11. & 5.18. & sancti-  
tatis Christi 1.cor. 1. 30.

V.

Pro utraq; enim Christus satisfecit, hoc est, pro culpa  
et pœna Heb. 9.12.1. Ioh. 1.7.1. Ioh. 2.2. Apoc. 1.5. Heb. 2.  
14.15. & factus est pro nobis peccatum, ut nos efficeremur  
iusticia Dei in eo. 1.cor. 5.21. et inculpati corâ Deo  
censeremur Col. 1. 22. VI.

Differt autem remissio peccatorum à iusticia &  
sanctitatis Christi imputatione, ut priuationis ab-  
latio & habitus successio. Rom. 4.6.7. & 5.19.

VII.

Causa efficiens est Deus, Rom. 4. 5. & 8.33. qui  
non tantum filium suum unigenitum pro nobis in  
mortem dedit; Rom. 8.32. sed etiam iusticiam eius no-  
bis imputat, & fidem, qua eam nobis applicemus, con-  
fert et donat. Ephe. 2.8.

VIII.

Προσυμμεν est sola gratia Dei indebita Rom. 3. 24.  
qua amplexus est nos in Christo ante iacta fundamen-  
ta mundi Ephe. 1. 4.

IX.

Προκαταρτική est moles peccatorum & miseria nostra  
Esai. 43. 24. 25. Ezech. 16. Rom. 11. 32. & Filij inter-  
cessio pro nobis Rom. 8.30. 1. Ioh. 2.1.

Impul-

X.

Impulsiva est Christus, propter quem Pater nos iustificat Rom. 4.25.

XI.

Materialis est satisfactio Christi, hoc est, tota eius humiliatio, obedientia & poena, pro peccatis nostris praestita, iustitiaq; et sanctitas eius, fide nobis imputata Gal. 3.13. Col. 1.14.

XII.

Aliena igitur quidem est iusticia nostra, hoc est, extra nos in Christo posita: neq; tamē simpliciter aliena, sed fit nostra applicatione Rom. 3.25.

XIII.

Atq; ita subiectum iustificationis sunt credentes Ioh. 3.18. Rom. 3.26.

XIV.

Organica alia est respectu Dei iustificantis, nempe Christus ipse Ioh. 3.26. 1. Cor. 1.30. pro nobis crucifixus & resuscitatus; per quem iusticia nobis applicatur: Rom. 3.24. alia respectu nostri, nempe fides, qua sola absq; operibus remissionē peccatorum, reconciliationē & iusticiam gratis in Evangelio oblatam amplectitur & sibi applicat Rom. 3.28.

XV.

Formalis est gratuita peccati ac poena expiatio & remissio, & iusticia ac sanctitatis Christi per fidem imputatio.

A 3

Peccatum

## XVI.

Peccatum enim morte sua Christus expiavit, peccatum obedientia & perfecta legis impletione exsoluit, iusticiaq; & sanctitate sua natura nostra impuritatem & sordes tegit Rom. 8. 4. 1. Cor. 1. 30.

## XVII.

Finalis causa duplex est, principalis respectu Dei, quae est iusticia ipsius in Filij Θεανθρώπου perfecta satisfactione, & misericordia in humani generis redemptione illustratio: minus principalis respectu nostri, quae est salus & vita aeterna.

## XVIII.

Effectum autem in nobis inherens, est iusticia habitualis, quae πάλιγγνεσις seu sanctificatio dicitur: & tranquillitas conscientiae Rom. 5. 1.

## XIX.

Adiunctum est perseverantiae donum: quia iusticia Christi semel donati, nunquam illius gratia excidunt. Dona enim Dei sunt ἀμεταμέλητα Rom. 11. 29.

## XX.

Pugnancia sunt pravae opiniones omnium eorum, qui negant nos sola fide iustificari, ut fuerunt olim:

1. Israelita ante captivitatem, qui ex hypocrisis iusticiam quarebant, cum in operibus mandatorum moralium & Leviticorum, tum in cultibus lucorum



IV  
lucorum, excelsorum, & aliorum locorum, sponte susceptis.

2. Reduces ex captiuitate, qui hypocrisin operum omnium pratendebant, & iusticiam pharisaicam, in mandatis, aut sponte electis, aut humana auctoritate institutis, querebant.

3. Origenes, Nouatus, Cathari & Pelagiani post Christum natum, & quidem ante Pontificias tenebras, qui dixerunt homines coram Deo proprijs operibus, meritis, ac sua dignitate, iustos esse.

4. Scholastici, qui iusticiam in meritis congrui & condigni, ut & in traditionum humanarum efficacia querunt.

5. Osiander, qui iusticiam Christi essentialem, qua Deus est, credentibus ad iusticiam insinuari, hoc est, iustificationem per infusionem aliquam intra nos essentialem fieri dicebat.

Hodie autem sunt:

1. Monachi nostri, qui partem iustificationis obedientie Christi, partem Romanae Ecclesiae operibus, sanctorum meritis, traditionibus, satisfactionibus canonicis, operibus supererogationis, & alijs superstitionibus adscribunt.

2. Iesuita

2. Iesuita, qui statuunt Christum nostris bonis operibus dignitatem meriti conciliare: meritum Christi non sufficere ad salutem, sed tantum tollere poenam & culpam peccatorum baptismum precedentium, sequentium non poenam, sed tantum culpam.

3. Omnes Pontificij, statuentes Baptismum ex opere operato tollere peccatum originis: Ac cuius de sua salute dubitandum esse.

4. Sophista, qui dicunt iusticiam, Christo inherente, nos iustificari non posse; sed iustificationem nostram regenerationis effectum esse, & per novarum qualitatatum infusionem fieri.

F I N I S.



Umg. VI 45

ULB Halle 3  
002 379 767




s. b.

WDA



*[The image shows a heavily worn, dark manuscript page with two columns of text in a Gothic script. The text is extremely faded and difficult to read, but some words are visible. The left column contains names like 'Comrad' and 'Ortheim'. The right column contains names like 'Martino' and 'Martino'. The page is framed by a dark border.]*





44  
I  
*THESES*  
DE GRATVITA  
HOMINIS CORAM DEO  
PER FIDEM IVSTIFICATIO-

NE, IN CELEBERRIMA ACADEMIA  
VVitebergensi ad disputandum propositæ; de qui-  
bus XXIV. Septembris

*Præsides*  
VRBANO PIERIO D.

*Respondet*  
ENOCH HIMMELIVS PO-  
meranus, Illustrissimi Electoris Pala-  
tini alumnus.



VVITEBERGÆ,  
Typis Zachariæ Lehmanni.  
M. D. XCI.

